Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 381
Quelle:
Copyright:

Gelegt mit vernunſt
An ditz puch vnd mit chunſt
Daz in got geb daz himelreich
Immer ewikleich
Vnd all die da pei weſen
Die ez hören leſen
Oder leſen. Daz den an wan
Geſcheh alz ich gewünſchet han
Daz vnz dez helff gotez namen
Nu ſprecht in andacht all amen.

Henricum Landgravium Operis hujus auſpicem Marchionem Miſenenſem cenſeo, qui *Henrico Raſponi* in Thuringia poſt an. 1248. ſucceſſit, cuique adſcribendum videtur Poemation eroticum, quod in *Sammlung von Minneſingern I. Th. Zürich.* 1758. *p.* 6. 4. comparet. *Rudolphus ab Ammſe* et *Henricus de Bavaria* numerum veterum Poetarum teutonicorum augent, quorum nomina apud *Spangebergium*, *Wagenſeilium*, *Morhofium*, *Tenzelium* &c. habentur. Codicis noſtri exemplum, ſed usque ad Urbani III. tempora productum ſiſtit *Ern. Sal. Cypriani Catal. Codd. Mſs. Bibl. Gothanae. Lipſ.* 1714. *p.* 18. 4. cujus etiam meminit *W. Ern. Tenzelius* in *Monatl. Unterred.* 1691. *p.* 923. uti et alterius *p.* 922. a ſe in *Bibliotheca Guelpherbytana* viſi, quod facile adducor, ut credam a noſtro parum abludere.

CXXXVII. VI H 15

653 Codex membraneus germ. ſaltem Sec. XIII. Folior. 183. 4. luculente nitideque exaratus, literis initiorum picturatis hanc inſcriptionem praefert: *Ex bibliotheca D. Vuolfgangi Lazij Inclyto Regi Bohemiæ Maximiliano obſequij ergo donatus.* Notum eſt Eruditis Viri hujus aetate ſua percelebris, qui an. 1565. *Viennae* vivere deſiit, ſtudium, rebus Coenobiorum per Auſtriacas ditiones valde inclinatis, vetuſta Scripta ab interitu ſervandi, unde dubio procul et hujus *Codicis* egregii ſoſpitator fuit. Exhibet vero is *duobus* foliis praeviis Picturas rudes lineares *tres*, quarum prima Deum Patrem ab Angelis adoratum, altera, ut ſuſpicor, principem Angelum Socios ad defectionem ſolicitantem, tertia vero eundem a Michaele ſatis inſuaviter ad orcum cum Sociis praecipitatum repraeſentat. Picturas has excipit I. *Paraphraſis* rhythmica *Geneſeos*, continenter tamen, ut totus *Codex*, ſcripta, cujus in verſus diſtinctae iſtud eſt initium:

Nu fer nemet mine liebe
ich wil iu aine rede fore tuon
ube mir got der guote
geruochet ſenten ze muote
daz ich chunne reden.
alſo ich diu buoch hore zelen.
ſo wurde diu Zala minnechlich
denn gotes wuntere iſt niwetclich.

Ane got eniſt niweth mangel
er was ie an anegenge.
done was nieman mere.
do hiez engil werde.
Zehen chore er beſtifte.
mit engelen er ſi alberihte.

No-